

6782

TRINUNO PROPOTIO
**DISPUTATIONEM JURI
DICAM CIRCULAREM**

DE.

14
~~14~~

1705, 2 a

**TESTE
CLERICO**

SBU

vom Bezeugnis eines Predigers

MAGNIFICO JCTORUM ORDINE
IN CELEBERRIMA AD VARNUM ACADEMIA
CONSENTIENTE

PRÄSIDE

VIRO CONSULTISSIMO Arg. EXCELLENTISSIMO
DOMINO

CASP. MÄTTH. Müllern
U. J. D. CELEBERRIMO PROFESSORE INSTITU-
TIONUM PUBLICO, DUC. ORD. FAMIGERATIS-
SIMO, NEC NON L. & FACULT. JUR. DECANO
SPECTABILI,

DN. PATRONO ac STUDIORUM PROMOTORE,
NULLO NON TEMPORE VENERANDO

AD DIEM XVI. MAJ. AO. MDCCV.

PUBLICO EIDEMq; PLACIDO COMPALASTRITARUM
EXAMINI SUBMITTIT

THEODOR. Thyl/ Gryph. Pom.
ROSTOCHI. TYPIS J. WREPLINGI, SER. PRINC. & ACAD. T.

VIRO

PRÆNOBILISSIMO, AMPLISSIMO Atq. CONSULTIS.
SIMO, DOMINO

NICOLAO MICHAELIS

U. J. D. FAMIGERATISSIMO, NEC NON CON-
SULI APUD GRYPHISWALDENSES PRIMA-
RIO, MERITISSIMO,
EVERGETÆ AC STUDIORUM PRÔMOTORI OB
SINGULAREM INFORMATIONIS FIDELITATEM, PA-
RENTIS INSTAR COLENDÒ, SUSPI-
CIENDÒ.

VIRO

PRÆNOBILISSIMO, PRÆCELLENTISSIMO, AC PLURI-
MUM REVERENDO, DOMINO

M. THEODORO PYLIO

VERBI DIVINI, AD TEMPLUM DIV. NICOLAI,
QVOD GRYPHISWALDIAE EST, MINISTRO PER
XXIX. ANNOS FIDELISSIMO, PASTORI AD ÆD. SP. S. VI-
GILANTISSIMO, NEC NON BIBLIOTECARIO EJUS-
DEM REV. MINISTERII, ILLIUSQUE CONSE-
NIORI MERITISSIMO

PARENTI MEO, OMNI FILIALI CULTU AC OBSERVAN-
TIA AD ULTIMUM USQUE VITÆ HALITUM
DEVENERANDO,

Has studiorum primitias, in debita gratitudinis tesseram,
perpetuam beneficiorum memoriam, ut & filiale
observantiam testandam, cum voto omnigenae
prosperitatis

Sacras esse cupit

Ipsorum deditissimus & obsequiosis-
simus filius

THEODORUS PYL.

Optimæ Spei Juveni

Nobilissimo atq; Clarissimo DN. PYLIO,
Fautori ac Amico suo singulariter colendo ac amando,

S. P. P.

Elius sapiens latifacat Patrem. Sic olim Sapientissimus Regum Salomo effatus est de bona indolis, optimæ q; spei Juvene, omnia cuius studia ac conamina & eo tendunt, ut spem dulcissimorum Parentum de se conceptam expleat, eqvæ ipso summa iis pariat gaudia. Talem & Tu nunc Nobilissime DN. PYLI, Te exhibes in hâc ipsâ Academiâ nostrâ, nimirum ut Filium Admodum Reverendi Tui, dæq; Ecclesiâ Greiffswaldensi longe meritissimi Parentis, vere sapientem, una cum fratre tuo germano, Juvene ad summa qvævis nato, & sicuti hic variis jam jam eruditionis ac diligentæ suæ specimenibus claret: ita & Tu nunc prodis, egregiamq; qvandam Sapientiam egregio qvodam exercitio academico publice edis. Et quid inde, nisi summa gaudia Parenti Tuo Optimo creatur? qui jam, ut cum Verulamio Serm. 7. loqvar, *Filios suos non tantum ut continuationem speciei sue, sed ut rerum à se gestarum heredes, tummo cum mentis tripudio intuetur.* Gratalor Parenti Tuo venerando de hoc gaudio, & Tibi Fautor optime! de egregia sapientiâ. Adsit Tibi porro divina Gratiâ, qvæ laudabilissima illa tua studia dirigat in sui Nominis gloriam, Reip. Patriæ egregium emolumentum, ulteriusq; Parentum Tuum optimorum gaudium. Vale, faveq;

Dabam Rostochii

a. VIII, May. A.O.R. MDCCV,

)

PYLIANI NOMINIS

Cultori ingenuo

Z. GRATIO, D.

invent. in 2. x. 1607
Codex
AD
Nobilissimum atqve Doctissimum
Dissertationis Præsentis
AUTOREM.

ASingulari modestiâ, pietate, & incredibili di-
scendi ardore à qvam plurimis mihi aliquo-
ties commendatus es optime PYLI,
etiam anteqvam in intimorem Tecum.
mihi licuit coire amicitiam; ex qvo vero
mihi sermones Tecum jungere datum est, omnium
Te facile superare laudes animadverti, ex primô enim
Tecum instituto discursu non difficulter colligere po-
tui, non perfunctoriè Juris Te tractare studium,
sed in solidiora ejus inquirere principia, & per omnia
veri studiosi juris implere officium, sed frustra hæc
verbis deprædico, adsunt rerum testimonia: edis
hodie non leve scientiæ, qvam in jure comparasti, spe-
cimen, præsentem intelligo Dissertationem Tuam.
Sic perge, & habeo cur gratuler Patriæ, Parentibus,
imò Tibi de certissimo aliquando gratulor præmio,
qvod Imperator promittit in §. ult: Procem. I. certissi-
mus enim sum, fore, ut proximè Resp. in partibus ejus
Tibi credendis à Te gubernetur: Vale & perge
fayere

PRÆSIDI

Nobilissimo atqve Politissimo
DN. THEODORO PYLIO.
J. U. Cultori, Cognato meo dilecto
selectoqve Amico, juxta ac hujus Diatribæ
AUTHORI

S. P.

St Tibi Per-eximie PYLI! haud incognitum,
qvod in judiciis non esse & non apparere
sint parilis momenti , nec qvisquam tenea-
tur , pectus credulum præbere nudis alteri-
us præcipue adversarii , assertis , proin erit
in aprico , qvam ardue exposcatur probatio , alioquin
Anima Processus salutata. Probatio per Testes au-
tem , judicia maximò stabilit opere , ac qvò eò magis
veritas promanet , ad Testimonium exhibendum qvis ,
jure prosopolepticō exulante , adigi poterit , ut sæpenū-
merò vel Clericus ad Testimonium dicendum accer-
fatur , juramentō testimoniali insimul præstitō . Actum
profectō agerem , Literatissime PYLI! si eâ de materiâ
ulterius essem disserturus , dum Tu Pragmaticorum
melioris notæ prudentum vestigia legens ostendis se-
lectè , qvidnam sit justum vel injustum circa Testatum
à Clerico vel adhuc exhibendum , vel jam exhibitum .
Haud exiguum certè Tuorum in Jurisprudentiâ pro-
fectuum concinnas indicinam , qvâ testatum das , non
spem in margine , qvin potius uberrimam , ita ut ex spe
nasca .

nascatur spes tum Patriæ, tum Parentibus, tum qvo-
que mihi, ut pote qvi simul in Testimonii tesseram de-
promo sincerè, qvod per biennium meis in Collegiis
Tuum genium oppido vigilem non absqve animi vo-
luptate conspexerim. Te Auditores inter meos inte-
riores adverti adeò indecessum, ut non duntaxat ada-
maveris calamō excipere ea, qvæ à me dictata, sed &
discursus meos singulatim consignare Tibi fuerit vo-
lupe, insuperqve eosdem interpolare (id qvod indies
tām gratum mihi exstitit, qvām qvod gratissimum)
dubiis iterum iterumqve mihi oblatis, à memet Tibi
enodandis, ut evaseris eò solidior. De Cetero non
possim non ex cordis penetrali jam Tibi gratulari, de
hōc eruditionis Tuæ Documentō, qvod in præfens
offers publicitus. Persevera, *optime PYLI!* in discu-
tiendis Jurisprudentiæ Articulis Praxin sapientibus,
sic posthabitis obsoletorum qvisqviliis nec oleum, nec
operam perdes. Faustè succedant & temporis acceſ-
su Tua Conamina, ut Nomen Tuum penes Erudi-
tos ita increbreſcat, ceu olim JCtus PYLIUS cluit a-
pud Qvirites. Qvô de nullus ambigo, si enim Virtus
sua neminem deserit, nec Te dignum præmiō desti-
tuet, qvin & ab Eādem, non itā multò pōst, Honoris
Pileolō eris consignitus. His vale, *percäre PYLI!* vo-
tis fatisqve utere ſecundis, juxtā ac in Pylios annos ſic
provive. Dabam e Musæo Rostochii, die IIX, Maii.
MDCCV.

P. CIESE, D.



MODERANTE MODERATORE CHRISTO
**PRÆFAMEN,
SUMMARIA.**

(1.) Utilis, difficilis & prolixa est hac materia deo-
teste Clerico. (2.) Causa impulsiva ad hanc tractan-
dam materiam, (3.) Votum, (4.) Distributio-
presentis Thematis,



Onderans mecum i.
eam, qvæ de Teſte Clerico
agit, materiam, ejus diffi-
culturam, utilitatem, ac
prolixitatem ingenue ut
profiteatur, opus habet:
Inextricabiles enim de illa
seri lites, tamqve varios in-
ter Doctores dissensus de ea foveri, ut & hi in im-
mensa dubiorum varietate Gretico qvæſi Labyrin-
tho

A

tho involuti, Dædali invocare opem, & commenta
sua hæsitando in medio relinqvere haud erubescant,
secundum Andr. Knich. de part. invest. P. 1. C. 2. no-
vâqve decisione indigeant Cæsareâ. Rauchb. P. 2.
qu. 15. n. 41. Gail. L. 2. obs. 131. n. 9. certum est. Hinc
audaculus forsitan audiam, mentibus imprimis curio-
fis, qvod materiam hanc gravissimam exiguo styli
mei penicillo elaborandam mecum constituerim.

2. Ast B. L. ne mireris hoc in me opus suscepisse, qvin
potius lusum aspicias fortis, qvæ svasu Excell. Dn.
Præsidis, Fautoris atqve Patroni mei colendissimi,
me eo perduxit, ut ego Filius Clerici, sub Clerici
filio, non aliam, qvam qvæ de Clericis agit ma-
teriam pertractem, non quidem ut Te doce-
am, sed ut discam, tenuitatemqve ingenii mei ex-
erceam: omne qvippe artificium per exercitatio-
nem incrementum recipit, sec. Marcian. in L. 6r.
3. S. 3. ff. de Legat. 3. Qvapropter summum veneror
Numen, vœl Spiritus sui gratia mihi assistere, quo
in exercendis jam ingenii mei viribus non recedam
à veritate, sicqve omnia vergant in sui gloriam
meumqve commodum, cuius demum sub um-
4. bone præsens aggredior thema ita ut Cap. I. osten-
dam Generalia ad Explicationem Rubri facientia.
Cap. II. autem demonstrem in qvibus causis Clerici
testes esse possint, & *Cap. III.* pertractem Effectum
hujus testimonii clericalis, & poenam falsi testimonii.

CAP.

CAP. I.

Exhibens

Generalia ad Explicationem
Rubri pertinentia.

SUMMARIA.

- (1.) Introitus seu Preparatio ad Tractationem.
- (2.) Etymologia vocis TESTIS (3.) Vox Testandi qvot modis sumatur. (4.) Homonymia qvare omissa. (5.) Synonymia. (6.) Definitio seu Descriptio ipsius Testis. (7.) Notanda circa Descriptionem. (8.) Testis qvotuplex. (9.) Testis idoneus & omni exceptione major an differant? (10.) Clericus qvalis testis (11.) Etymologia vocis CLERICI. (12.) An recte Clericus per sortem eligatur. (13.) Clericus qvot modis accipiatur. (14.) Unde descendat vox Papen (15.) An sit vocabulum injiosum (16.) Descriptio Clerici (17.) Digressio.

S. I.

Ne explicandis Vocabulis nolumus hac vi-
ce prolixiores esse, sed nec plane iis expo-
nendis superfedere, sicut enim illud non
prodest, nisi ad inanem Disputationum
extensionem, ita hoc incertum relinque-
ret Lectorem, dum enim plura sunt negotia, quam
rerum vocabula. *I. 4 ff. de Prescr. verb. ne vocis
qvenqā ostendat æqvivocatio, nec illotis qvod ajunt
manibus, ipsum negotium principale aggredi vi-
dea-*

- deamur. L. i. ff. de Or. jur. paucissimis, qvæ ad Onomatologiam pertinent, exponemus: Præivit nobis Imp: in §. 5. J. Quib, mod. jus pat. pot. toll. item Ulpian. in L. i. ff. de Just. & jur. Primo autem inspiciemus vocabulum TESTIS, cuius si qvæsiveris Etymologiam & derivationem, à testando illud descendere existimamus cum Rutg. Ruland. de Commiss. P. 2. L. 2. C. 1. n. 1. Calvin. Lex. Jur. voc. Testis. Sed vox testandi non uno accipitur modo: notat enim,
- (1.) (2.) Testamentum condere, per Rubr. ff. Si quis aliquem testari prohib. add. L. ii. ff. qui test. fac. poss. (2.) in testimonium adducere, ut quando dicimus, Deum testor. (3.) significat testimonium dicere seu perhibere, qvæ posterior derivatio hic adhiberi potest, productus enim testis perhibet testimonium. Calep. in Lex. voc. Testor. Wefemb. ad Tit. ff. de Testib. n. 1.
- §. 2. Sed missa Etymologia ad Homonymiam pergeremus, at hic nihil occurrit, qvod notam mereatur, ipsa enim vox Clerici jam excludit illam acceptiōnem, quando vox testis accipitur pro testiculo, qvi virilitatis est testis; hinc ad Synonyma procedimus: Dicitur autem testis alias etiam (1.) Antistes. C. 10. X. de de Verb. signif. qvamvis enim antistites dicti fuerint primarii Sacerdotes. §. 5. J. de Attil. tut. qvod ceteros antestent, i. e. excellant. Calep. vox. Antistes. Testes tamen hoc nomine quoque comprehenduntur. Schard. in Lex. Jur. voc. Antestor. Dicuntur etiam (2.) Superstites qvod super statum caularum proferebant oblata. Leop. Dick. Oct. ord. constit. jud. Class. 2. C. 6. de Test. p. m. 296. Ruland. d. l. vel qvod ipsi rei gestæ superfuerint, vel adfuerint. Schard. in Lex. Jurid. voc. Testis. (3.) Testes

O
no-
m_
spi-
eris
de-
Com-
Sed
im.
ali-
(2.)
eum
erhi-
test,
alep.
1.
yimi-
otam
illam
testi-
ma-
a (1.)
nim.
J. de
llant.
qvo-
oc. An-
super
Dick.
6. Ru-
t, vel
) Te-
stes

stes dicuntur etiam Advocati, in sensu enim generaliore: de strictiore vid. Tit. ff. de Postul. ibid. Dd. illi dicuntur, qui vel patrocini, vel consilii, vel testimonii causa vocantur. Schard. Lex. Jur. voc. ad vocare. Qui (4.) ad testamenti vel alterius negotii tabulas ob signandas adhibebantur, vocabantur Signatores. L. 22. ff. de Test. L. 4. L. 6 & 7. ff. Testam. quemadmodum aper.

§. 3. Nolumus autem hisce diutius immorari, hinc ad definitionem pergitimus realem, testem delibentes, quod sit: persona, quae ad fidem de re dubia judici faciendam vocatur & examinatur. Lauterb. ad Tit. ff. de Testib. circa quam descriptio- 6.
nem duo tantum notamus. (1.) Testem debere, vocari a Judice, nam qui se ingerit, est suspectus. Myns. Cent. 4. Obs. 3. Lauterb. d. l. (2.) Testem talem esse debere, qui Judicis de re dubia fidem facere possit, quod de omnibus dici nequit; pro cuius meliore intelle&tu notandum, quod testes vel sint habiles, 7.
seu idonei, quos nec natura nec Lex repellit, vel inhabiles, seu inidonei, quos natura vel Lex repellit: Illi sunt vel omni exceptione maiores, vel non, quamvis enim non desint, qui existiment, non differre teste idoneum, & omni exceptione majorem, quos longa serie allegat Farinac. de Test. qv. 61. n. 2. Ipse tamen in contrarias mox abit partes; Sic jure Civ. infames ad testimonium admittit Frantz. ad Tit. ff. de his, qui not. infam. n. 24. adeoq; idonei erunt, sed non omni exceptione maiores, Lauterb. ad Tit. ff. de Test. quales sunt, quorum testimonio nihil objici potest, quod fidem illorum imminuat, sicut est contrario non omni exceptione maiores sunt, quibus tale quid objici potest. Lauterb.

A 3

- terb. d. l. illa enim qualitas est omni exceptione major, amplius quid continet, quam idoneus, omnis enim exceptione major est idoneus, sed non contra. Qualis autem testis erit Clericus? Mascar. Vol. 1. Concl. 306.
10. n. 3. respondet, testis omni exceptione quodammodo major, ubi notanter adjicit voculam quodammodo: Nulli enim afferere dubitamus, quod, quae ad fidem Laici testis minuendam faciunt, etiam Clerici infringant fidem.
11. §. 4. Succedit nunc alterum Rubricæ vocabulum, nempe CLERICI. Natum autem est hoc à Græco κληρον. Wesenb. ad Tit. C. de Episc. & Cler. n. 4. quæ vox significat sortem, per hanc enim olim eligebantur Clerici, exemplum est in Matthia. Vid. Act. Apost. C. I. vers. 16. quem tamen modum.
12. postmodum reprobavit Jus Canonicum Cap. fin. X. de sortileg. damnat quoque eundem Brunneman. Jur. Eccles. L. 2. C. 18. §. 56. quod unusquisque suo iudicio optimum eligere debeat: quod si tamen res aliter componi non possit, etiam in electionib⁹ ad hoc remedium extraordinarium sortis recurri potest. Stryck. in not. ad Jus Eccles. Brunn. d. l. ubi hanc in rem adducit Verba Lutheri ad Cap. I. Jon. Mich düncket! Lossen sey an ihm selbst ein recht Glaubens-Werck / und möge woll durch Fürwitz und Egenlust missbrauchet werden/wie des Schwerds und Eydels/ aber daß ist nicht des Wercks/ sondern der Person schuld/ nec ignota sunt exempla Clericorum per sortem electorum, quæ hic omittimus.
13. §. 5. Clerici autem vocabulum non uno accipitur modo (1.) Clerici dicuntur omnes fideles i. Petr. C. ult. vers. 3. (2.) Professores & Studiosi, cum enim

enim olim in Monasteriis essent Scholæ, profluxit inde, ut, qvi literis erant addicti, dicerentur Clerici. Carpz. L. 1. def. 8. n. 18. Limn. L. 8. C. 6. n. 5 & 8. cū jusqve enim scientiæ & disciplinæ Studioſi Ecclesiæ inservire dicuntur. Fulgoſ. in L. qui *sub pretext.* C. de SS. Eccles. unde forte promanavit, qvod Studioſi in '4. hac Academia Papen appellentur, qvod nomen non injuriolum eſſe, cum inde derivatum credatur, qvod à Veteribus Clerici minores fuerint dicti *tūrās*, existimat D. Ittig. in *Diss. de For. Cler. Secul.* C. I. 15.

S. 1. ex qvo qvidem id inferri poterat, hanc vocem perse injuriosam non eſſe; ſed cum etiam id injuriosum sit vocabulum, qvod ex more regio- niſ tale eſt, non immerito qvis dubitaverit, anno- moribus hujus loci, vox Papen/injuriosa fit, non e- nim Studioſis hoc imponitur nomen, niſi ab irata plebe & ſic injuriandi animo.

S. 6. Sed ut in viam redeamus, Clericus 16. nobis eſt, qvi divino cultui ministeria religionis im- pendit. L. 2. C. Theod. de Epift. & Cler. qvæ descriptio præter illi, qvæ traditur in C. Cleros. 1. *Diss.* 21. qvod Clerici ſint, qvi in Ecclesia Christi deserviunt.

S. 7. Possemus hic varias Clericorum spe- cies, aliaque qvam plurima ſubjungere, ſed hæc prolixiora & ab instituto noſtro aliena ſunt, hinc iſ missis ad uberiorem propositi noſtri Thematis ex- planationem progredimur.

CAP.

CAP. II.

IN

Qvibus causis Clerici esse
possint testes & qvomodo.

SUMMARIA.

- (1.) Clericus testis esse potest. (2.) Ratio (3) Li-
mitatio (4) Autores & textus negativam tenentes
(5) Defenditur affirmativa. (6) Clericus an cogi pos-
sit ad testimonium dicendum. (7) Quid regulariter
in testibus obtineat. (8) Ratio (9) & jurans silen-
tium potest cogi. (10) Quid jure Canon. obtineat. (11)
Quid de Clericis sentiendum. (12) Adducitur negativa.
(13) Defenditur affirmativa. (14) Lex obstante refelli-
tur. (15) Quid hodie obtineat. (16) Quis compel-
lere possit Clericum ad testimonium dicendum. (17) Ex-
emptionem à seculari iudicio allegare Clericus an pos-
sit. (18.) Exemptio Clericorum unde. (19) Quid ho-
die valeat. (20) An Clericus coram iudice seculari va-
lens possit examinari. (21) Jurisdic^{tio} an possit proro-
gari. (22) Dissidentes refutantur (23) An hodie
prorogatio obtineat. (24) Quid in hac causa de Clerico
sentiendum. (25) Casus in quibus prorogatio locum non
invenit. (26) Quare Clericus non possit prorogare ju-
risdictionem Laici. (27) An ratio illa locum habere
possit. (28) Clericus potest coram iudice seculari cum
licentia judicis Ecclesiastici examinari. (29) An etiam
valeat, si per delegatum fiat. (30) Quid hodie. (31)
Illa licentia concessio est probanda. (32) Presumptio pro
instrumento an aliquid conducato. (33) Licentiae con-
cessio

cessio quomodo probanda. (34) Obstantis Lex refellitur.
(35) Casus in quibus Clerici à seculari judice sine licentia
examinari possunt. (36) a. Necesitas, (37) Incom-
petens Judex aut nunc quoq; possit examinare. (38) b. Po-
test ad superiora Tribunalia immediate vocari. (39) Qua-
tenus hoc valeat. (40) An superiora Tribunalia subsi-
dio judicis Ecclesiastici opus habeant. (41) Negatur.
(42) Ratio (43) Si tempore negotij gesti fuerit Laicus
et tempore depositionis Clericus, coram quo judice erit ex-
aminandus. (44) Quomodo Clericus ad veritatem di-
cendam compellatur. (45) An juramento constringen-
dus. (46) Affirmatur. (47) Ampliatur. (48) An
juramentum procedere debeat depositionem, an vero se-
qui. (49) Quid si consuetudo contraria sit. (50) In
quibus causis hoc obtineat. (51) Quid in Clericis valeat.
(52) Quare Clericis non subducere debeant juramento.
(53) Textus obstantis refellitur. (54) Quatenus authen-
ticis fides sit habenda. (55) Clericis juramentum à par-
tibus remitti potest. (56) In quibus causis. (57) Quid
de Parochis sentendum. (58) Juramentum corporale
præstare tenentur testes. (59) Quaratione. (60) Non
sufficit testimonium sub juramento, quod antea Domino
præstitum est. (61) Obstantia de Medico, quomodo in-
telligenda. (62) Clericorum depositio per juramenta, quo
DEO & Ecclesia obstrictisunt; non valeat. (63) Limi-
tatur. (64) Testes vocandi sunt ad locum judicii. (65)
Exceptio in quibus locum obtineat, (66) An Clericus ha-
beat beneficium egregiarum personarum. (67) Testis
quog; torqueri potest ad testimonium dicendum. (68) Que-
nam ad id requirantur. (69) Quid in Clericis. (70) Af-
firmativa defenditur. (71) Clericus an in criminalibus
testis esse possit. (72) Quid in civilibus. (73) qvid hodie,
B (74) An

(74) An Clericus testis esse possit in causa propria. (75) que
causa dicatur propria. (76) Nemo potest testis esse in cau-
sa propria. (77) Textus allegati quomodo intelligendi.
(78) De confessionibus Clerico factis. (79) An revelatio
illarum qvid operetur. (80) Distinctio adhibenda. (81)
Sententia Bachovij & Ekholti. (82) Refutatio obstantie.
(83) Quid de delicto committendo statuendum. (84) Cle-
ricus interrogatus a Judice, an secreta confessionis reve-
lare teneatur. (85) Sententia Lutheri adducitur. (86)
Unusquisq; non debet secreta revelare. (87) Extra actum
confessionis secreto commissa an Clericus debeat revelare.
(88) Textoris & Beyeri sententia allegatur. (89) Quid
de confessione Laico tempore necessitatis facta sentiendum.
(90) Sacerdotis, revelantis talia, pena. (91) Si per alios
testes confessio sit audita & revelata quid tum? (92) Ad-
ducitur limitatio. (93) Hac limitatio an solum ad deli-
ctum committendum pertinet. (94) An etiam ad deli-
cta commissa. (95) Quid si confessor de crimen revelato
jam antea a judice interrogatus? (96) Aut confessionario
secretam manifestandi potestatem dederit.

S. 1.

1. **F**rustra videor sollicitus de causis, in quibus Cle-
ri cus testis esse possit, nisi probavero prius, quod
testis esse possit: Sed de hoc vix dubitandum: Est
enim testimonii dictio de genere permisorum, Mev.
P. 7. Dec. 116. in iis autem quæ regulariter licita sunt, qui-
libet præsumitur habilis. Carpz. P. 1. Conf. 15. Def.
53 n. 3, nisi vel natura impediatur, vel Lege prohibe-
atur. Mascard. de Probat. Vol. 1. Concl. 310. n. 4. eorum
autem qui impediuntur vel prohibentur catalogum
longa serie exhibent Doctores, vid. Lauterb. ad Tit. ff.
de Testib. Struv. S. J. C. Exerc. 28. th. 38 seqq. Clerico
vero in genere nec natura, nec Lex resilit, ergo a
testi-

testimoniō dicendo, non est repellendus, nisi in spe-
cie hujus aut illius negotii qualitas, qva de re infe-
rius, aliud svadeat.

S. 2. Non inhærerem huic rei ulteriori, nisi
negotium nobis faceret. Rutg. Rul. de Commiss. P. I.
L. 5. C. 4. n. 3. cum alleg. ibid. Abb & Felin. in Cap.
Cum Nuntius, 12. X. de Test. & attest. Caravit. ad rit.
magn. Curia, rit. 144. n. 1. existimantes, Clericos ex-
emptos esse à testimonii dictione, qvorum opinioni
favere videtur Can. quanquam. 2. Ca. 14. qv. 2. ibi : Sa-
cerdotes in secularibus negotiis protestimonio non rogen-
tur, nec enim eos decet secularibus se immiscere
negotiis. C. quoniam, 8. Disp. 10. Can. sunt nonnulli. 25.
Ca. 16. qv. 1. add. Can. Testimonium, 9. Ca. n. qv. 1. ibi:
Testimonium Clerici adversus Laicum nemorecipiat. & si
in criminalibus testimonium præbuerit, irregulari-
tatem incurrit. Farinac. de Test. qv. 61. n. 59. Mascard.
de Prob. Vol. 1. Concl. 306. Sed sicut hi textus varias
admittunt explicationes, ita Praxis etiam qvotidia-
na testatur, Clericos ad testimonium admitti, Conf.
Farinac. de Testib. qv. 61. n. 62. Umm. Disp. ad Pro-
cess. 16. n. 16.

S. 3. Num autem cogi possint Clerici, qvæ-
ritur? Qvod regulariter testes ad testificandum
compelli possint, satis patet ex L. 19. C. de Test. L. 4. & r.
ff. eod. idq; partim propter utilitatem Reipublicæ,
cujus interest, ut adhibeantur testes, qvo Judex eo
melius in notitiam rei controversæ perveniat, & de-
tegatur veritas. Stryck. in Disp. de Salute publica,
qvæ est Vol. 3. Disp. 16. Cap. 5. n. 51. Idem in not. ad
Lauterb. Tit. de Testib. verb. Goguntur, partim, quod
testimonium dicere munus sit publicum, ad qvod
invitus qvis compellitur. Richter. ad Cap. 45. X. de
Testib.

- Testib. n. 17. Rul. d. l. P. 2. L. 2. C. 7 n. 4.* Gail. L. i. Obs. 100. n. 2. add. Lauterb. ad tit. ff. de Testib. Brunnem. ad L. 2. ff. de Testib. n. 28. etiam si quis silentium juraverit. C. 4. X. de Testib. cog. C. 18. X. de Test. Mev. P. 4. Dec. 20. n. 2. Juramentum enim hoc, cum in præjudicium tertii vergat, Richter. ad C. 45. X. de Test. adeoque illicitum, Setser. de juramento. L. i. C. 17. n. 28. non obligat jurantem, cui licitum est, propria autoritate, d. C. 4. & sine impetrata absolutione recedere. Gail. L. i. Obs. 100. n. 3. Brunn. Proc. Civ. C. 20. n. 63. Richter ad C. 18. X. de Testib. n. 33. Martin. Comm. forens. tit. 21. 10. n. 34. & seqq. quavis Jure Canonico secus, qvo testes tantum monendi & ivadendi sunt, non etiam cogendis regulariter, nisi ubi alia probatio deficit, aut ex gratia, odio, metu, testimonium perhibere, recusant. C. 1. 4. 5. X. de test. cog. Umm. Disp. ad Proc. 11. 16. n. 39. Brunn. ad L. 19. C. de Probat. Sed num idem de Clericis & Pro negativa pugnat Re scriptum Theodosii in L. 7. C. de Episc. & Cler. ubi inquit: nec honore, nec Legibus Episcopus ad testimonium dicendum flagitetur, jungitur ratio, nam & persona oneratur, & dignitas exempta confunditur; Sed verius nihilominus existimamus, etiam Clericum ad testimonium dicendum compelli posse, cum veritatem celare peccatum mortale sit, qvod committit, qui se à testificando subtrahit. Gail. L. i. Obs. 100. n. 1. Farin. d. l. qv. 78. n. 13. nam & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit, Reus est, inquit ex Augustino Gratianus in Can. quisquis. 80. Ca. II. qv. 3. nec obstat. d. L. 7. C. de Episc. & Cler. nam præterquam quod d. l. 12. 13. de Clericis à judice seculari non cogendis loqui videatur, Brunn. ad d. L. 7. n. 1. intelligenda illa de casu, si ve-

Obs:
1. ad
ave-
Dec.
ium
pque
n ob-
tate,
Gail.
hter
it. 22.
o te-
tiatam
, aut
ere,
proc.
dem
The-
bono-
e fla-
r, &
omini-
tium
elare
âte-
. d.l.
t qui
stino
stat.
d.l.
i vi-
casu,
i ve-

si veritas aliter haberi poslit. Brunn. ad L. 19. C. de
Testib. imo hodie in Germania Episcopos & Cleri 15
cos ad testimonium dicendum compelli posse testa-
tur Christin. Dec. 17. n. 8. seqq. Carpz. P. I. Conſt. 16.
def. 69. Coler. P. I. Dec. 21. & P. 2. Dec. 24. add. Schnob.
Difp. ad ff. 13. th. 31.

§. 4. Postquam ita evictum dedimus, Cle- 16.
ricos non tantum ad testimonium dicendum admitt-
ti, sed & compelli posse, nunc videamus porro,
quis eos ad id compellere possit? Ubi quidem id
dubio caret, qvod, cum testis compelli ad testimo-
nium possit, is compellat, cuius jurisdictioni sub-
jectus est testis, alienæ proin Jurisdictioni subjectus
ad testificandum non cogitur. Carpz. L. 3. D. 24. n. 10.
Lauterb. d.l. Annon vero exemptionem à secularis 17.
judicis coactione recte allegare possint Clerici, du-
bitaveris, si enim suo jure ad eam provocare velint,
hæc illis non competit, cum enim Ecclesiam susce-
perit Respublica, ut alumnam nutritiam, non est
Respublica in Ecclesia, sed Ecclesia in republica,
ut ex Clapmar. de Arcan. Rerum publ. L. 3. C. 5. loquitur
Mey. ad Jus Lub. qu. 3. n. 4. ubi id variis S. S. texti-
bus probat. Sed exemptionem, quam habent, be- 18.
neficio imperantium habent, postquam enim Epi-
scopi, aliq[ue] Prælati sibi ab initio arrogarunt audi-
entiam, seu simplicē cognitionē, eorū, qvæ ad Eccle-
sias pertinebant. t. t. C. de Episc. audient, tandem ardor
erga religionem effecit, ut ex concessione superio-
rum Ecclesiasticos Magistratus cum omnimoda ju-
risdictione Ecclesiasticā acciperent, abdicata in
eos seculari potestate. Mey. d.l. firmavit & hoc Frid.
in Autb. statuimus. C. de Episc. & Cler. ubi statuit, si

B;

quis

- qvis Ecclesiasticam personam in causa civili vel cri-
minali ad Judicem secularem trahere præsumat,
qvod tunc actor jure suo cadat, judicatum non
teneat, & judex ex tunc potestate judicandi prive-
tur. Hodie ergo Clerici exertionem à potestate
judicis secularis recte allegare valent, nec nisi à Ju-
dice Ecclesiastico ad testimonium dicendum com-
pelluntur, id enim prærogativæ datum est dignitati
Glericali. Gail. L. 1. Obs. 100. n. 16. Balduin. de Casib.
consc. L. 2. C. 9. Cas. 19. Farinac. d. l. qu. 61. n. 70. Carpz.
L. 3. De. 24. Finckelth. Obs. 95. Lauterb: ad Tit. ff. de
Tessib.
- §. 5. Utut vero alienæ Jurisdictioni sub-
jectus invitus ad testimonium coram Judice in-
competente cogi nequeat, volenstamen examina-
ri potest. Carpz. L. 3. D. 24. Lauterb. d. l. cum
indubium sit, licere alicui alterius Judicis jurisdic-
tionem prorogare, vel tacitè, si à Judice incompe-
tentē citatus sciens omista fori exceptione compa-
reat. L. 4. C. de Jurisdict. vel expresse, consensu
scil. partium. L. 1. C. de Jurisdict. L. 15. & 18. ff. eod.
Lauterb. ad Tit. ff. de Jurisd. Vinn. de Jurisd. C. II.
n. 4. seq. qvæ prorogatio hodienum usum habet &
freqventatur: Et qvamvis non desint, qvi diffen-
tiant, propterea, qvod hodie Jurisdiction in feudum
concessa patrimonialis sit, ideoqve eam habentes
subditos mandatis pœnalibus ad suum revocare
qveant forum. Strauch. dissert. 20. th. I. Lauterb.
ad Tit. ff. de Jurisdict. hoc tamen non ulterius in-
telligendum, qvam qvod subditi generaliter alte-
rius Jurisdictionem prorogare, & ita ordinarii Ju-
dicis Jurisdictioni se subtrahere neqveant. Stryck.
u.

us. mod. &c. ad Tit. de jurisd. §. 22. & seqq. & in not. ad
Lauterb. tit. de jurisdict. verb. ad se revocat. Qvod ve-^{23.}
ro in particulari, h.e. in certa quadam causa, hodie-
num jurisdic^tio prorogari possit, satis probant
formulæ fori renunciatoriæ, contractibus adjici so-
litæ, ut quando qvi alterius fori, adeoqve difficilis
conventionis est, sub renunciatione fori fidejubet,
qvas clausulas suo hodienum gaudere effectu, nem-
pe prorogativo jurisdictionis, docet Stryck, de Caut.

Contract. S. 1. C. 5. §. 18.

§. 6. Sed utut hæc ita sint, existimamus
tamen, haec tenus dicta in Clerico pati exceptionem,
ut nec volens coram judice seculari possit exami-
nari. *Can. 22. C. 22. qv. 5.* Clericus enim jurisdictionem
judicis secularis prorogare non potest.
Cap. 12. X. de for. Comp. Sicut enim alias prorogatio
variis ex causis impeditur, ut ex qualitate causæ,
qvæcunqve enim causa non dependet ab arbitrio
privatorum, illa qvoqve non est prorogabilis, ita
ad Criminalem, qvæ non nisi ex speciali Lege com-
petit, *L. 1. pr. & §. 11. ff. de Offic. ej. cui mand. jurisd.*
non prorogatur civilis. *Strauch. Differ. 10. Thes.*
5. ita qvoqve causa, qvæ privilegium habet judi-
cium, non est prorogabilis. *Stryck. in not. ad Lauter-
b. tit. de jurisd. verb. Prohibitaram; sic qvoqve*
causæ feudales coram Domin^o & Paribus Curiæ
tractandæ, *1. Feud. 18. 2. Feud. 15. in fin. Stryck. in*
Exam. Jur. feud. C. 21. qv. 4. prorogationem non ad-
mittunt. *Struv. Synt. Jur. feud. C. 16. th. 11. n. 2.* Hæc
enim locum non habet, qvoties jurisdictione singu-
lari jure competit. *Gail. L. 1. Obs. 40. Rosenth. de*
feud. C. 12. concl. 37. & inde qvoqve oritur, qvod
Clergi.

Clericus Laicijurisdictionem prorogare impedia-
tur. Carpz. L. 3. De. 24. qvamvis enim unusquis-
que favori pro se introducto renunciare possit. L.
pen. C. de pac*t*. hoc tamen privilegium non est per-
sonale, sed toti ordini Ecclesiastico indultum. Gail.
27. L. 1. obs. 40. n. 7. qvanquam fateatur, hanc ratio-
nem allatam ex Cap. si diligenti. 12. X. de for. comp. pa-
rum concludere; utut enim renunciatio fori ab a-
no Clericorum facta, toti ordini non præjudicet, cur
tamen qvoad ipsum Clericum renunciantem non
subfisteret, non videmus rationem, imprimis si
causa non sit Ecclesiastica. Stryck. in not. ad Brun-
nem. Jus Eccles. Lib. 3. C. 1. §. 12. cum etiam in Lai-
cum compromittere possint Clerici. Vid. Mynsing.
Cent. 2. obs. 67. n. 1. ubi in Camera ita judicatum re-
fert.

- S. 7. Qvamvis autem Clericus coram iu-
dice Laico & seculari nec volens examinari possit,
permittitur tamen tale examen cum consensu Epi-
scopi aut judicis Ecclesiastici; potest enim hic li-
centiam dare judici Laico, ut testem Clericum co-
ram se ipso examinet. Can. 2. Ca. 14. qu. 2. add. Ma-
scard. de Probat. Concl. 1365. n. 61. Gail. L. 1. obs. 100. n.
16. Brunnem. ad L. 7. C. de Episc. & Cler. n. 6. & 7.
29. Carpz. tit. 13. art. 4. n. 82. seqq. videtur enim sic ipse
judex Ecclesiasticus per secularem, tanquam dele-
gatum, hoc examen expedivisse. Carpz. L. 3. def. n.
10. qvamvis enim regulariter testes ab ipso judice
sint examinandi, Carpz. L. 3. Resp. 87. n. 7. Lauterb.
30. adit. ff. de Testib. Hodie tamen in arbitrio ipsius est,
an ipse eos examinare, an aliis hoc delegare velit.
Gail. L. 1. obs. 96. n. 1.

S. 8.

§. 8. Sed cum iudici seculari licentiam testem
examinandi datam esse facti sit, ea autem,
quæ sunt facti, ab allegante probari debeant, Menoch.
de Presumpt. L. 6. pr. 14. Mantic. *de Conject. ult.*
volunt. Lib. 2. Tit. I. n. 4. sunt enim tacta sui natura
incerta. Card. Tusch. *Tom. 3. lit. F. Concl. 10.* hinc illa
qvoq; licentia concessio probanda, ad qvod non sufficit,
etiam si Notari⁹ dixerit, Clericū citatum, jura-
tum & de licentia Episcopi examinatum esse, uti lo-
quitur Farinac. *de Test. qv. 61. n. 87.* utut enim non
tantum pro instrumento præsumptio militet veri-
tatis, Hopp. ad §. n. 7. *de inutil. Stipul.* adeo, ut ille,
qui pro le habet instrumentum, habere dicatur:
Tangere me noli, Cravett. consil. 31. in fin. Rol. à Valle
Conf. 100. n. 4. Vol. 4. hoc tamen declaratur, ut
procedat, qvamdui contra instrumenta nihil op-
ponitur, secus ergo si opponatur, Barbos. *Lib. 9.*
tit. 96. axiom. 3. ut si in præsenti casu judex Eccle-
siasticus neget allegatam licentia concessionem.

§. 9. Probari vero illa licentia concessio
potest etiam per conjecturas & præsumptiones, sic
si Clericus præsente & non contradicente Episcopo
à seculari examinatus fit iudice, præsumitur ille
consensisse & licentiam concessisse, Mascard. *de Prob.*
Vol. 3. Concl. 1225. n. 25. nec obstat, qvod vulgo di-
citur: Qui tacet, suo falvo jure tacet. *L. 142. ff. de*
R. J. imprimis in præjudicialibus, uti hic, Menoch.
Conf. 573. n. 11. hæc tamen regula, uti a-
lias variè, ita & tunc exceptionem patitur,
qvotiescumque præsens actum, contradicendo,
si vellet, impedire posset, toties tacens ha-
betur pro consentiente. Menoch. *de presumpt.* L.
C 6. pr. 1

6. præf. 99. n. 15. Masc. de Prob. Vol. 3. Concl. 1138. Fa-
chin. controv. L. 7. C. 80. ex præsentia enim prælu-
mitur consensus. Barbos. L. 14. C. 86. axiom. 5.

35 §. 10. Dantur tamen casus, ubi judex se-
cularis Clericum etiam sine licentia Episcopi exa-
minare potest; huc retetur (1.) si ita exigat ne-
cessitas, haec enim non tantum non subest Legi-
bus, sed Lex potius subest necessitati. arg. L. 7. in
fin. pr. ff. de admin. & peric. tut. Cap. Consilium. 2. X. de
*Observ. jejun. hinc si in mora periculum, v. g. tem-
pore pestis, Clericus coram judice seculari exami-
nari potest, quoties enim præsens necessitas postu-
lat, receptio testium etiam coram incompetente ju-
dice facta valet. Gail. L. I. O. 93. n. 4. Farinac. de*
Test. qu. 6r. n. 83. imprimis, si imploratio judicis
*competentis moram cum periculo amittendæ po-
stea probationis reqvirat, hinc etiam judex Laicus*
Clericum delinqventem sine consensu Episcopi
prehendere potest, si res moram non patiatur, &
præsens fugæ periculum adsit, Stryck. in. not. ad
Brunnem. Jus Eccles. Lib. 3. C. 1. §. 12,

36 §. 11. Potest etiam (2) Clericus, omisso judice
inferiore Ecclesiastico, ad superiora statim Tribu-
nalia vocari, quamvis enim Clerici hodie à secula-
ris Judicis jurisdictione exempti sint, per ea, quæ su-
pra dicta, id tamen apud superiora non observa-
tur Tribunalia, quæ repræsentant Principem, cui
Clerici in causis Civilibus & Ecclesiasticis, quate-
nus imperium & judicium humanum patiuntur,
virtute juris Episcopalis suspensi & in Principem
translati subsunt. Mev. P: 8. Dec. 274. n. 2. add.
Martin. in Comment. For. Tit. 20. §. 3. n. 95. ut pro-
inde

inde illa Clericorum exemptio ad inferiorum Magistratum jurisdictionem sit restringenda. Brunn.
in jur. Eccles. Lib. 3. Cap. i. §. 1.

§. 12. Sed antion Tribunalia superiora, ubi 40
Clericum ad testimonium perhibendum vocant,
mediate, & subsidio judicis Ecclesiastici imploro-
rato, id facere debeant, qværitur? qvod prima-
qvidem facie affirmandum videbatur, sed rectius 41
negat Mev. P. 8. Dec. 274. n. 6. judici enim secu-
lari, cuius est in causa jurisdictione & in Clericos po-
testas Superior, non denegandum examen Clerici,
quia judex Ecclesiasticus vix docere poterit, sibi 42
Jurisdictione in Clericos privative concessam esse;
potius accumulative data videtur, uti vult Zanger,
de Except. P. 1. C. 2. n. 160. Stryck, in not. ad Jus Eccles.
Brunn. L. 1. C. 6. membr. 12. §. 6. & L. 3. c. 1. §. 11. qvam-
vis etiam in casu, ubi jurisdictione privative con-
cessa, tubditos inferioris judicis, ad testimonia-
perhibendum, Principes vi superioritatis territo-
rialis immediate citare posse defendat Carpzov.
P. 2. Dec. 208. n. 9. add. Lauterb. ad Tit. ff. de in Jus
vocand.

§. 13. Extra hos, aliosque casus, Clericus
ad judicium seculare non debet trahi, sed vocatus
fori exemptionem allegare potest; Probare au-
tem prius debet Clericus se talem esse, est enim
hæc qvæstio, utrum Clericus sit, facti, Ziegel: *ad*
Lancell. L. 3. tit. 1. §. 6. in fin. nec Clericus quis-
quam in dubio præsumitur, Menoch. L. 6. praef. 76.
n. 1. & seqq. Hinc in delicto deprehensus si se...
Clericum dicat, judicis secularis super hoc delicto
cognitio est, & ab eo tamdiu detinetur, donec

Clericalem probaverit qualitatem, Brunnem: *ad L. 2. jur. Eccles. L. 3. c. 1. §. 14.* qvomodo autem probetur, latius exponere nolumus, solo sane habitu non semper probatur, qvod latius deducit Mascard. *de Probat. Concl. 302.* ubi multis hoc limitat, & *n. 10.* afferit, qvoad privilegium fori habitum sufficere Clericalem, add. Excell. Dn. Praef. Disp. *de Oscul. Nocivo C. 2. n. 39.* certius probatur per literas testimoniales, Brunnem. *ad L. 22. C. de Episc. & Cler. n. 6.* aut his amissis, per testes, qui actui interfuerunt, *C. 2. & 3. X. de Cler. peregr.* Mascard. *Concl. 303.*

43 §. 14. Qvod si tempore actus gesti seu negotii, super quo examinandus est testis, Laicus fuerit, nunc autem tempore depositionis Clericus sit, annon hoc casu coram judice Laico examinari possit, non immerito dubitari poterat? Nobis tamen negativa arridet, partim, qvod, ubi testimoniī dictio est veritatis, qualitas testimiorum attendatur, qvæ est tempore depositionis. Hopp. *ad §. 7. f. de testimon. ord.* partim, qvod unicuique liceat forum mutare prius. Lauterb. *ad tit. ff. de judic.* nisi tamen in fraudem judicij secularis in sacrum ordinem se cooptari curaverit. Brunn. *in jur. Eccles. L. 3. c. 1. §. 14; in fin.* mutatio enim fori in fraudem facta, non valet. Brunn. *ad L. 31. ff. ad Municip. n. 6.* hinc etiam, si post delictum Clericus factus sit, a judice Laico puniri potest, Brunnem. *ad L. 4. C. de Episc. & Cler. n. 3.*

44 §. 15. Ordinis ratio nunc postulat, ut videamus, qvibus remediis ad testimonium & veritatem dicendam compelli possit Clericus, ubi qvædem ordinaria illa omittimus remedia, ut pignorum

rum captionem, multæ indictionem, Lauterbi
adit. ff. de Test. mandata pœnalia, imo bannum.
Gail. L. i. O. 100. n. 12. visuri tantum celebrem illam 45
controversiam, an mediante juramento testimo-
nium dicere teneantur? quod affirmatur, tota enim 46
substantia depositionis in juramento consistit, Gail.
L. i. Obs. 101. n. 1. ita, ut testi injurato non credatur, et
iam si præclaræ Curiæ honore præfulgeat. L. 19. §. 1.
C. de Testib. aut Imperator vel Pontifex fuerit. Um-
mius Disp. ad Proc. 16. th. 60. aut Cardinalis vel Epi-
scopus. Carpz. Dec. 77. n. 10. Mascard. de Prob.
Concl. 136. n. 2. Umm. d. l. aut plures sint testes, C.
r. Disp. 44. Farinac. de Test. qu. 74. n. 61. Brunn. ad L. 9.
C. de Test. quam sententiam non tantum receptam,
sed nec contradictem habere docet Finckelth.
Obs. 32. n. 12. Myns. Cent. 3. obs. 77. add. Carpz. P. 2.
C. 43; Def. 8. n. 4. seqq. Mev. P. 2. D. 12. imo nec
Princeps hic dispensare potest. Carpz. d. b. Me-
noch. arb. jud. qvæst. C. 26. n. 4.

§. 16. Hactenus de necessitate juramenti à 47
testibus præstandi dicta ampliantur ulterius. (1) 48
ut juramentum depositionem præcedere debeat.
L. 9. C. de Testib. Brunn. add. L. 9. n. 1. ne spe remit-
tendi juramenti animosius deponant, & post de-
positionem sit potius juramentum purgatorium, ob
propriam personam præstitum. Martin, in Comm.
For. tit. 20. §. 3. n. 26. & hinc, si testes ante juramen-
tum deposuerint, testimonium est nullum, Myns.
cent. 3. obs. 38. Umm. ad Proc. Disp. 19. th. 9. n. 62.
Carpz. Tit. 13. art. 4. n. 59. Brunn. Proc. Civ. C. 20.
n. 6. & jurata proinde opus est repetitione. Mart.
d. l. n. 28. Mev. P. 4. Dec. 250. Richter ad C. 29. X. de
Test. n. 62. nisi tamen in continenti post depositio-

C;

nem

nem juraverint. Mascard. Vol. 3. Concl. 1369. n. 5.
& ita in Camera receptum esse testatur Gail. L. 1.
O. 101. n. 9. Brunnem. ad L. 9. C. de Test. n. 2. inactu
enim continuo non nocet præposteratio. Hopp. ad

49 §. 1. J. de pupill. subf. (2) Ut nec consuetudo in contra-
rium valeat, utpote contra Jus naturale & divinum
futura. Unum. Disp. ad Proc. 16. th. 9. n. 60. Mev.
ad Jus Lub. L. 5. T. 7. a. 11. n. 3. Carpz. P. 1. C. 2. def.
17. n. 11. qvod absqve dubio intelligendum de con-
suetudine, qvæ indistincte omnibus testibus jurandi
remitit necessitatem; qvod si ad personas integrita-
te vitæ conspicuas restringatur, eā valere defendit
Gail. L. 1. O. 101. Martin. in Comm. For. Tit. 20. art. 3.

50 n. 21. qvod tamen ad causas civiles restringendum,
unde privilegia Nobilium Austriae ac Sveviæ, qvod
testimonium perhibituri non teneantur in persona
comparere, sed per scripturam, sub fide sua, bsqve
juramento corporali deponant, & depositionem ju-
ratam judici examinis loco transmittant, unter ih-
rer Handchrift und Pittihaft. Gail. L. 1. obs.
100. n. 13. ad causas civiles restringit Brunn. in Proc.
Inquis. C. 8. membr. 1. n. 44.

51 §. 17. Hucusqve paululum prolixius allata
ad Clericos applicari posse non dubitamus, nulla
enim juris autoritate exemptionem à præstatione
juramenti docere possunt; militat potius contra
illam tum generalitas textuum superius adducto-
rum, tum apertus textus in Cap. Nuper. §1. X. de
Testib. accedit, qvod Clerici æqve affectibus regan-
tur. Finckelth. obs. 95. n. 7. Carpz. Dec. 77. Coler.
P. 1. Dec. 241. n. 4. & cum juramentum species sit
cultus divini, Frantz, ad Tit. ff. de jurejur., n. 15. ac
con-

confirmatio veritatis, Cap. Et si Christus. 26. X. de
jurejur. non est, cur Clerici juramentum præstare
recusare velint. Carpz. P. 1. C. 16. D. 69. n. 8. po-
tius hæc recusatio & refragatio officio Clericorum
plane inconveniens est, dubiam illorum facit fidem,
contemnunt judicem, juramenta inter peccata re-
ferunt, veritati desunt, charitatem proximo debi-
tamin necessitate non obtervant: verba sunt Mev.
P. 4. Dec. 265. unde & in specie de Clericis, qvod ju-
ramentum præstare debeant ante depositionem.,
cautum est in d. C. 51. X. de Test. Richter. ad Cap. 5. 53
X. de Test. n. 16. Nondesunt eqvidem, qvæ pro ex-
emptione Clericorum à juramenti præstatione af-
terrisolent argumenta, sic provocant ad Auth. sed
judex. C. de Episc. & Cler. ibi: non tamen jurent. Cæ-
terum, cum de Authenticis notum sit, qvod pleræ-
qve ex Novellis sint desumptæ, & ab Irnerio, ut
volunt, Codici insertæ, hinc non probant, nisi qva-
tenus cum Novellis convenient. Hopp. in Præcogn:
jur. C. 6. §. 6. Lauterb. in prefat. comp. jur. ma-
jor enim fides tribuitur Scripturæ matrici & origi-
nali, qvam inde desumto, Mev. P. 1. Dec. 119. hæc au-
tem verba, Non tamen jurent. in Nov. 123. Cap. 7.
unde desumpta est d. Auth. sed judex. non reperiu-
tur: hinc eadem. rejectenda. Mev. P. 4. Dec. 265.
n. 4. Brunnen. add. Auth. sed judex. n. 3. Ad reliqua,
qvæ pro immunitate Clericorum à juramento ad-
duci solent, responder Finckelth. obs. 95.

§. 18. Qvamvis autem Clerici à juramento 55
immunes non sint, possunt tamen partes hoc illis
remittere; Juramento enim testes constringi inter-
est partium, favori vero pro le introducto renun-
ciare

ciare possunt. Carpz. Dec. 77. n. 21. Gail. L. I. O. 10.
56 n. 2. qvod ad causas civiles restringi solet. Mascard.
qv. s. n. 103. add. Umm. Disput. ad Proc. 16. n. 60.
qvamvis, ut remittant, cogi nequeant, etiam si pa-
rochi sint, qvi Pastores suos in testimonium produ-
cunt, ut ut enim his, tanquam Parentibus Spiritua-
libus, magna debeatur reverentia, non tamen hanc
lædunt, qvi juramentum, qvod omnijure exigi po-
test, ab iis præstari volunt, Mev. P. 4. Dec. 261. n. 8.
qvi enim jure suo utitur, nemini facit injuriam. L.
32. §. 1. ff. de injur.
57 §. 19. Sed videamus, qvale debeat esse juramen-
tum, qvod à Clerico teste præstandū. Testes regula-
ritter præstare debent juramentum corporale, einen
zierlichen/gelahrten/Cörperlichen/Leiblichen Eyd/
58 qvod sit sub invocatione nominis Divini, erectis di-
gitis. Martin. Comm. For. tit. 20. §. 3. n. 54. adhibi-
ta hodie formula: Ita me DEUS adjuvet. Carpz.
P. 2. C. 16. D. 6. n. 16. Lauterb. ad Tit. ff. de jurejur.
60 adeo, ut non sufficiat testimonium subjuramento,
qvod ante Domino suo præsticit, beydem Eyde/
damit Er seinem Herren zugethan ist, Mynsing.
cent. 2. obf. 3. beym Rahtmannes Eyd. Mev. ad
61 Jus Lub. L. I. T. I. a. 3. n. 25. nec obstat, qvod Medi-
co vel Chirurgo, de lethaliate vulneris, sub jura-
mento ab initio officii præstito deponenti credatur.
Brunnem. in Proc. Inquis. Cap. 7. n. 18. ibique alleg.
Oldekop. tit. 2. obf. 7. n. 4. hoc enim intelligendum
de Medicis seu Chirurgis specialiter deputatis ac
destinatis ad inspectionem cadaverum, in his suffi-
cit juramentum generale ab initio deputationis
præstitum, vid. Carpz. qv. 26. n. 40. Gail. L. 2. O. II.
n. 13.

n. 13. seqq. alias ad hunc actum inspectionis in specie
juramento sunt constringendi propter art. 149.

Conſt. Crim. Car. V. ibi : Die dann zuvor dazu beſt.
diget werden sollen / ex quo patet, quid ſentien- 62
dum ſit de illo poſtulato Clericorum, qvando jura-
mentum corporalis urgent remiſſionem, ſufficere
existimantes, ſi deponant per fidem, qvam DEO,
Ecclesiæ & Magistratui ab initio fuſcepti officii
promiferant: Icil eos audiendos non eſſe, nec in-
vitis partibus juramentum corporale remiſſen-
dum. Mev. P. 4. Dec. 265. n. 9. ſi tamen cauſa ſit

Ecclesiastica, adeoqve ſub juramento Ecclesiæ
præſtitojam tum comprehenſa, juramentum cor-
porale remitti potest, ſicut in cauſis Aulicorum &
inter personas Aulicas juramentum, damit Sie
ihrem Herren zugethan/ ſufficere vult Gail. L. I.
obs. 101. n. II. Martin, in Comm: For. tit. 20. §. 3.

n. 74. idem dicendum, ſi partibus non contra-
dicentibus Clerici ſine juramento corporali per
fidem DEO & Ecclesiæ promiſſam depoſuerint, ſic
enim ex silentio tacita illius colligitur remiſſio.
Mev. P. 5. D. 243. aut ſi aliis ſufficientes & idonei ad-
fuerint, per qvos probandum ſatis probari potest,
nam & tunc juramentum corporale Clericis remit-
ti poſte præjudicio conſirmant Carpz. Dec. 77, per
tot. Martin, Com. For. tit. 20. §. 3. n. 115.

S. 19. Vocandi autem ſunt teſtes teſtimonii
nii ferendi caula ad locum judicij L. 3. §. 5. ff. de teſ-
tib. Umm. Diſp. ad Proc. 16. th. 8. Farinac. de teſtib.
qv. 81 n. ult. ſicut qvoqve juramentum præſen-
te adverſario præſtantum. Carpz. tit. 12. art. 3.
n. 58. Excipiuntur Senes. C. 8. X. de Teſtib. Umm.
d. Diſp. 16. th. 8. n. 51. Valetudinarii d. C. 8. & perſo-

D

næ

64

65

næ egregiæ L. 15 ff. de jurejur. hæ dicuntur alias speciosæ. L. Speciosas 100 ff. de V. S. qvæ autem tales sint, prolixum nimis foret & à scopo alienum hic enarrare, vide longa serie eas recensentem Martin d. l. tit. 20. § 1. n. 35 fqq. id tantum nostrum est inquirere an Clerici ad beneficium d. l. 15, seu egregiarum personarum provocare possint? quod affirmandum propter Auth. sed judex C. de Episc. & Cler. Nov. 123. C. 7. nisi alibi aliud receptum sit.

66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100 101 102 103 104 105 106 107 108 109 110 111 112 113 114 115 116 117 118 119 120 121 122 123 124 125 126 127 128 129 130 131 132 133 134 135 136 137 138 139 140 141 142 143 144 145 146 147 148 149 150 151 152 153 154 155 156 157 158 159 160 161 162 163 164 165 166 167 168 169 170 171 172 173 174 175 176 177 178 179 180 181 182 183 184 185 186 187 188 189 190 191 192 193 194 195 196 197 198 199 200 201 202 203 204 205 206 207 208 209 210 211 212 213 214 215 216 217 218 219 220 221 222 223 224 225 226 227 228 229 230 231 232 233 234 235 236 237 238 239 240 241 242 243 244 245 246 247 248 249 250 251 252 253 254 255 256 257 258 259 260 261 262 263 264 265 266 267 268 269 270 271 272 273 274 275 276 277 278 279 280 281 282 283 284 285 286 287 288 289 290 291 292 293 294 295 296 297 298 299 300 301 302 303 304 305 306 307 308 309 310 311 312 313 314 315 316 317 318 319 320 321 322 323 324 325 326 327 328 329 330 331 332 333 334 335 336 337 338 339 340 341 342 343 344 345 346 347 348 349 350 351 352 353 354 355 356 357 358 359 360 361 362 363 364 365 366 367 368 369 370 371 372 373 374 375 376 377 378 379 380 381 382 383 384 385 386 387 388 389 390 391 392 393 394 395 396 397 398 399 399 400 401 402 403 404 405 406 407 408 409 410 411 412 413 414 415 416 417 418 419 420 421 422 423 424 425 426 427 428 429 430 431 432 433 434 435 436 437 438 439 440 441 442 443 444 445 446 447 448 449 449 450 451 452 453 454 455 456 457 458 459 459 460 461 462 463 464 465 466 467 468 469 469 470 471 472 473 474 475 476 477 478 479 479 480 481 482 483 484 485 486 487 488 489 489 490 491 492 493 494 495 496 497 498 499 499 500 501 502 503 504 505 506 507 508 509 509 510 511 512 513 514 515 516 517 518 519 519 520 521 522 523 524 525 526 527 528 529 529 530 531 532 533 534 535 536 537 538 539 539 540 541 542 543 544 545 546 547 548 549 549 550 551 552 553 554 555 556 557 558 559 559 560 561 562 563 564 565 566 567 568 569 569 570 571 572 573 574 575 576 577 578 579 579 580 581 582 583 584 585 586 587 588 589 589 590 591 592 593 594 595 596 597 598 599 599 600 601 602 603 604 605 606 607 608 609 609 610 611 612 613 614 615 616 617 618 619 619 620 621 622 623 624 625 626 627 628 629 629 630 631 632 633 634 635 636 637 638 639 639 640 641 642 643 644 645 646 647 648 649 649 650 651 652 653 654 655 656 657 658 659 659 660 661 662 663 664 665 666 667 668 669 669 670 671 672 673 674 675 676 677 678 679 679 680 681 682 683 684 685 686 687 688 689 689 690 691 692 693 694 695 696 697 698 698 699 699 700 701 702 703 704 705 706 707 708 709 709 710 711 712 713 714 715 716 717 718 719 719 720 721 722 723 724 725 726 727 728 729 729 730 731 732 733 734 735 736 737 738 739 739 740 741 742 743 744 745 746 747 748 749 749 750 751 752 753 754 755 756 757 758 759 759 760 761 762 763 764 765 766 767 768 769 769 770 771 772 773 774 775 776 777 778 779 779 780 781 782 783 784 785 786 787 788 789 789 790 791 792 793 794 795 796 797 798 798 799 799 800 801 802 803 804 805 806 807 808 809 809 810 811 812 813 814 815 816 817 818 819 819 820 821 822 823 824 825 826 827 828 829 829 830 831 832 833 834 835 836 837 838 839 839 840 841 842 843 844 845 846 847 848 849 849 850 851 852 853 854 855 856 857 858 859 859 860 861 862 863 864 865 866 867 868 869 869 870 871 872 873 874 875 876 877 878 879 879 880 881 882 883 884 885 886 887 888 889 889 890 891 892 893 894 895 896 897 898 898 899 899 900 901 902 903 904 905 906 907 908 909 909 910 911 912 913 914 915 916 917 918 919 919 920 921 922 923 924 925 926 927 928 929 929 930 931 932 933 934 935 936 937 938 939 939 940 941 942 943 944 945 946 947 948 949 949 950 951 952 953 954 955 956 957 958 959 959 960 961 962 963 964 965 966 967 968 969 969 970 971 972 973 974 975 976 977 978 979 979 980 981 982 983 984 985 986 987 988 989 989 990 991 992 993 994 995 996 997 998 998 999 999 1000

negotium principale vacillet. Brunn. Proc. inquisit.
C.8. membr. 2. n. 81. Farinac. de Test. L. 3. qv: 79. n. 6.
Zanger: d. C. 1. n. 11. Sed quid de Clericis f. qvod 69
mandatis pœnalibus ad testimoniū dicendum
compelli possint præjudicio confirmat Mev. P. 8. 70
Dec: 274. infin: torveri qvoq; posse Clericum ex-
inde probatur, qvod ob crimen verberibus cæda-
tur. Nov: 113, C. 20. Auth. Presbyteri. C. de Episc. &
Cler: Er. & torqvetur, qvi enim torveri non po-
test, nec fustibus castigandus L. 16. C. de quaest: L. 3.
C. ex qvib. caus: infam: irrog: L. 28. ff. de pœn. Carpz:
qv: 118. n. 101. qvamvis enim testes ob dignitatem à
tormentis eximantur. Brunn: Proc: Inqui: C.8 membr:
2. id tamen non de omni dignitate intelligendum.
Carpzov: d. qv. 118. n. 104. accedit L. 8. C. de Episc. &
Cler. ubi Presbyteri tantum à tormentis propter
testimonium eximuntur, non etiam coeteri Clerici
Brunn: ad d. L. 8. C. de Episc: & Cler. & in Proc. Inqui:
C.8. membr. 5. n. 23.

S. 21. An autem ad privilegia Clerico-
rum ratione testimonii hactenus exposita provo-
care possunt tantum illi, qvi adhuc actu tales sunt,
an verò illi qvæ qvi tales qvondam fuerunt f. ubi
distinguimus inter remotionem, & degradatio-
nem, illa, qvæ est à dignitatibus & honoribus mo-
tio C. Novimus X. de V. S. Menoch. de Arbitr. jud.
quaest. cas 415. n. 1. fori privilegium non adimit
Brunn. injur. Eccles. L. 2. c 19. §. 3. hæc autem siqvi-
dem merè verbalis est. qvæ à priori regulariter non
differt, Menoch. d. l. fori privilegium itidem con-
sermat, Brunnem. d. l. §. 4. non autem realis, qvæ
per realem sacrorum instrumentorum ablationem

perficitur, utpote quæ omnia jura Clericalia tollit, Carpz. L. 3. Def. 117. n. 4. & Def. 105. n. 16. suspensionem autem privilegium tori non tollere extra controversiam est.

71 9. 22 Sed properandum nunc ad causas, in quibus Clericus ad testimonium dicendum admittatur, aut cogi possit? ubi ab initio distinguendum inter causas criminales & civiles, in illis ad testificandum contra Laicum non admittitur si agatur de pœna sanguinis, testimonium Clerici adversus Laicum nemo recipiat. C. Testimonium 9. C. II. qv. 1. Mascard: Concl. 306. n. 6. Hinc examinatus nec indicium facit. Farinac. de test: qv. 61. n. 61. etiam si veritas aliter haberinon possit. Farin: d. qv. 61. n. 59. aut cum licentia Episcopi examinatus sit. Mascard:

72 Goncl. 1365. n. 62. quod si de pœna sanguinis non agatur, Clericum ad testimonium contra Laicum admittit Mascard: Concl. 306. n. 7. vide tamen varie hoc limitantem Farinac. d. l. qv. 61. Cur autem Clericus contra Laicum testis esse nequeat, ejus ratio hæc dari solet, quod nec Laicus contra Clericum admittatur, & hinc servanda æqualitas: Laici autem contra Clericum testari non possunt, propter generalem immicitiam, quæ est inter Laicos & Clericos uti loquitur Farinac. d. l. qv. 63. n. 100. seu quia Laici quidam oppido Clericis infesti sunt justa. C. Laicos. 5. & C. Laici 14. C. 2. qv. 7. hinc nullus Laicus audeat Clerico crimen inferre aut eum accusare. C. Nullus 2. C. 2. qv. 7. quamvis hæc forte ratio melior dari possit, quod jura non permittant, ut personæ Ecclesiasticae intersint judiciis Criminalibus, ubi de pœna agitur sanguinis, C. Clericos 5. & Evange-

Csententiam 9. X. Ne Cler. vel Monach. in tantum,
ut nec qvicquam adjumenti vel auxilii poenarum
dictamini aut executioni afterre possint. Carpz. L.
2. def. 23. n. 17. 18. qvod causas civiles attinet, nec
hic admittendi videntur Clerici propter C. qvan-
quam. 2. C. 14. qv. 2. ibi: *in secularibus negotiis prote-
stimonio non rogantur, quia eos in talibus rebus esse non
convenit.* qvi can. supra dictam Mascar. sententiam
valde credit dubium.

§. 23. Sed hodie haec aliter se habent, du-
biu[m] enim non est, Clericos in causis & criminali-
bus & civilibus contra Laicos testimonium dicere,
imo ad dicendum cogi posse, nam qvod Clerici in
criminalibus a testimonii dictione jure Canonico
excludantur id Pharisaeicam qvodammodo redo-
lere hypocrisie dicit Brunnen. *in Proc. Inquis.* C. 8.
membr. I. n. 41. cum administratio justitiae nihil
peccati contineat, hinc & Clericos apud nostrates
Evangelicos ad testimonium in criminalibus di-
cendum compulos fuisse testatur Brunn: d. l. qvod
multo magis in causis civilibus procedit.

§. 24. Qværere hiclubet, an Clericus testis
esse possit in causa propria? ubi præmittimus (1)
qvod propria dicatur causa, ex qua qvis sperat
commodum, aut metuit incommodum Carpz. C.
3. Resp. 38. n. 4. & seq. Lauterb. *ad Tit. ff. de Testib.*
nisi tamen commodum accessoriè tantum & per
consequentiam ex causa oriatur, aut modicum sit.
Mev. P. 2. Dec. 6 (2) qvod in causa propria nemo testis
esse possit. L. 10. ff. de Testib. etiamsi sit Papa vel Rex
aut Clericus Carpz. *de Leg. Reg. c. 2. sect. 6. n. 37.* qvibus
ita præmissis negatiya propositæ qvæstionis deci-
D 3. sio

73

74

75

76

sio sua fluere sponte, nisi negotium faceret. C. 6. &
12. X. de Testib. ubi Prælati & Clerici in causis Eccle-
siarum, ex quibus tamen sperant commodum, ad
testimonium admituntur: Non detinunt eqvidem,
qui dictos Textus restringunt ad casus, quando utilitas
ex negotio de quo agitur, non ad singulos, sed
ad Ecclesiam pertinet, existimantes, secus esse
quando utilitas ad singulos redundat. Farinac: qu:
60. n. 496. perinde ut singuli cives admittuntur ad
testimonium dicendum, ubi lis concernit bona,
qua & quoad proprietatem & quoad usumfructum
sunt universitatis, è contrario vero repelluntur,
ubi de illis agitur bonis, quorum proprietas qui-
dem est universitatis, ulus vero ad omnes, qui sunt
ex illa universitate, pertinet. Carpzov: L. 3. Rep. 93.
n. 3. & P. 4. C. 16. D. 65. Brunn: Proc. Civ. C. 20. n. 20.
Lauterb: ad tit. ff. d. Test. sed hanc distinctionem
in præsenti quæstione rejicit Brunn: in jur. Eccles.
L. 3. C. 4. §. 14. quod nullum facile metuendum sit
perjurium in causa principaliter ad Ecclesiam &
successores in officio, non vero ad heredes perti-
nente. Conf. C. 1. C. 24. qu. 2. Martin: in Comment.
For. tit. 20. §. 2. n. 213. sicut & Canonicum in-
favorem sui Capituli deponentem admittit Farin:
d. l. qu. 51. n. 470. quamvis id non aliter concedat
Mascard: de Prob: Concl. 1365. quam in subsidium, &
si res aliter probari non possit, sicut nec omni ma-
jor exceptione videtur Stryk: in not. ad Brunn: Jus
Eccles: L. 3. C. 4. §. 14. Martin: d. l. n. 24.

78 §. 25. Postquam sic hæc tenus probatum
deditimus, clericos in omnibus causis, criminalibus
& civilibus ad testimonium dicendum non tantum
ad-

admitti, sed & cogi, excipimus nunc confessiones
Clerico factas C. 2. de penit. diff. 5. has enim non tan-
tum revelare non compellitur, sed etiam, si revela-
verit, fidem meretur omnino nullam Finkelth: 79
Obs: 99. Carpzov: L. 3. def: 25. ut nec inquisitioni,
Brunn: Cent. 3. Dec. 28. nec juramento purgatorio,
Finkelth: d. l. n. 1. multo minus torturæ locum fa-
ciat. Martin: Com: For: Tit: 22. §. 1. n. 19. communi- 80
ter tamen hic distinguunt inter delicta commissa,
& committenda, ut hæc revelare cogatur sacerdos,
non etiam illa. Mynsing: Cent: 5 Obs: 41. n. 4. Swen-
dendorff: ad Ekholt: Tit: ad Leg: Jul: Majest: §. 16. &
qvamvis hanc distinctionem rejiciat Bachov: ad 81
Treutl: Vol: 2. Diss: 32. th. 1. lit F. qvem seqvitur Ek-
holt. ad Tit. Iff. ad Leg. Jul. Maj. §. 16. propterea,
qvod delicta committenda non sint objectum con-
fessionis, contrarium tamen nobis torte non imme-
rito placet, malitia enim peccati, qvod est confes-
sionis materia objectiva, primario consistit in actu
interno, & in externo non nisi secundario, hinc
non minus reus est, qvi efficaciter vult delictum,
qvam qvi ipso facto delictum committit, verba
sunt Swendend. ad Ekh. d. l. nec obstat quod Ba- 82
chov. d. l. objicit, scelera committenda nullo mo-
do remitti posse, qvia propositum malignum ad-
huc duret, unde ad illa potestatem à Christo con-
cessam extendere ridiculum, imo impium esse,
nam sicut id facile concedimus, impietatem invol-
vere, si sacerdos delictum committendum remit-
tat, ita de eo tantum qvæstio nobis est, si Sacerdo-
ti manifestetur delictum committendum, an id qva- 83
si sub sigillo confessionis sibi concorditum secre-
tum

tum debeat habere, quod negamus, adeoꝝ hic
nihil impii, nihil ridiculi, quamvis fateamur raro
id fieri, ut quis delictum committendum, dum
durat malignum propositum, confiteatur, si tamen
id fiat, cum Bachovio consentimus, ad arcanum
confessionis ea delicta non pertinere, sed revelan-
da esse.

84. §. 26. Hactenus dicta, quod scil: Sacerdos,
qvæ sibi in confessione sunt concedita, non te-
neatur revelare, ampliantur (1) etiamsi à judice
de his interrogatus sit, nam & tunc recte respondet
se nescire, scilicet, qvia Sacerdos non debet talia sci-
ret anqva in homo, qvæ ipsi ut vices Christi gerenti
explicata fuere. Cap. Si Sacerdos 2, X. de Offic. Jud.
Ord. Gail: L. 1. Obs. n. 8. Heroico plane stylo hæc
exprimit Luther, in Colloqu: Mensal: Cap: 14. Sie
hat mir nicht gebeichtet/ sondern dem Herrn Chri-
sto / und weil es Christus heimlich hält/ soll ich es
auch heimlich halten/und strack's sagen/ich habe es
nicht gehöret/ hat Christus was gehöret / so sage
85 Ers/Carpzov: L. 3, Def: 25. cui jungitur specialis
ad silentium obligatio, ad quam unusquisque, cui se-
creta commissa, obstringitur. Stryk, in Disp. de Re-
vell. Ched. C. 2. n. 55. (2) etiamsi non pro cathedra
confessionali, nec in actu confessionis revelatio
facta sit Sacerdoti, sed vel in ædibus privatis. Brun-
nem. Proc. Inquis. C. 8. membr. 1. n. 40. vel extra
actum confessionis, riām locus & actus confessio-
nis non absolvit nexum obligationis ad silentium,
sed data & sperata fides. vid. Stryk. d. l. n. 64. quam-
vis dissentiat Bejer de Sigillo confess. Seet. 1. C. 1. §. 3. &
Textor, in Prax. Jud. P. 2. C. 11. n. 38. ubi revelatio-
nem

nem ejus, qvod extra actum confessionis sub secreto & protestatione de non revelando Sacerdoti quis manifestavit, indicium ad inquisitionem facere statuit, sed ut diximus, male, quia utrobiq; eadem ad silentium obligatio. Stryk. in not. ad Brunn. *Jus Eccles. L.2 C.19. §.22.* (3) etiamsi confessio Laico 89 in casu necessitatis facta, in extrema enim necessitate loco Sacerdotis est. *C. Sanctum 36. de Consecrat. aift. 4. vid. Excell. Dn. Præsidis Diff. de Verit. Cel.C. ult. §. 4.* qvod si Sacerdos contra fecerit, & qvæ 90 fidei suæ commissa, propalaverit, non tantum fidem omnino nullam meretur, sed præterea puniendus, sicut jure Canonico tanquam ignominiosus deponendus. *C. Sacerdos 1. de Paenit. diff. 6.*

§. 27. Quid si autem (4) per alios testes 91 die bey dem Beichtstuhl gelaußhet oder gehorchet/ confessio delinquentis sit audita, & aliis indicata, an adhuc ad silentium obligatur Sacerdos? Textor. d. C. II. n. 54. hoc casu confitentem torqueri posse putat. Nos silentium adhuc imponimus Sacerdoti, quem ab obligatione ad silentium non liberabit alienum delictum, nempe eorum, die da gelaußhet oder gehorchet / nec obstat, nihil sic interesse confessi, etiamsi Sacerdos delictum sibi concretum revelaverit, cum per alios jam sit revelatum, quorum revelatio ex mente Textoris d. I. torturæ locum facit, nam & hi, qui furtivis auribus hauferunt confessionem, ad silentium obligantur, qvia per delictum secretorum alienorum notitiam sunt consecuti. Stryck. *Diff. de Revel cred. C. 2. n. 72. seqq.* unde propter revelationem confessionis ab aliis auditæ torqueri aliquem posse negat Mascard. *de Prob. Concl. 377. conf. Martin. Comm. for. tit. 22. n. 20.*

E

§. 28.

§. 28. Limitantur hactenus dicta, si non
facta confessionis revelatione innocens oppri-
metur. Menoch. L. 2. cas. 180. n. 20. Sed hæc limi-
tatio ad delicta committenda pertinere videtur, un-
de Martin. d.l. tit. 22. n. 27. justam revelationem
confessionis esse existimat, qvæ fit ad eum finem,
ut avertatur homicidium, vel mature occurratur
alteri periculo, qvod proximo imminebat, hic e-
nīm à peccati vinculo se absolvit, qvi indicat iis,
qvibus intenditur periculum. C. 8. C. 22. qu. 5. Po-
terit tamen ad commissa etiam pertinere delicta,
e. g. Si inquisitus per torturam ad confessionem
delicti coactus fuerit, folet, anteqvam pœna exe-
cutioni mandetur, ipsi adjungi Clericus, seu ver-
bi Divini Minister, ad seriam ipsum adhortatu-
rus pœnitentiam, & sacram præbiturus Cœnam,
qvod si inquisitus sic in confessione testetur, se deli-
ctum, qvod antea confessus, non perpetrasse, sed
immanitate torturæ coactum in se recepisse, adjecto
petito, ne Minister verbi Divini id detegat, mori
enīm se malle, qvam adhuc sermē torturæ subjici,
hic sane non tantum potest, sed & tenetur Sacer-
dos indicare Magistratui, ne opprimatur innocens,
hujusqve sanguinis effusione polluatur terra. Brun-
nem. Proc. Inqu. C. 10. n. 14.

§. 29. Limitant hæc porro, qvando qvis
fatetur crimen de qvo à judice reus jam antea in-
terrogatus. Martin. in Comment. For. tit. 22. §. 1. n. 30.
ubi sibi consentientem allegat Danhawer. in Theol:
Casuist. p. Spec. 2. Diat. 3. qu. 10. ubi ad qvæstionem
si fulmine excommunicationis exterminatus clam
in aures confessarii exonerat crimen toti Reip. exi-
tiosum, an Confessarius hoc conscienter tacere,
an

an rupto sigillo authorem deferre possit, respondet.
nihili rigor sigilli in hoc casu, si uni pro sit, universi-
tati verò exitiosum : & in seqq. vult, moneri debere
confessorem, ut Domino det gloriam, atq; judici in-
qvirenti crimen ipse resignet, qvod si nolit, absolv i
non poterit. Illud autem, pro certo ponunt Do- 96
ctores, qvod liceat Sacerdoti secreta confessionis
revelare, si specialem à Confessore hujus rei na-
ctus sit licentiam, Martin. d. 1. sed hic ex superiori-
bus dubium oriri poterat, qvia enim ibidem di-
ctum, qvod ad silentium obligetur Sacerdos, qvia
qvæ in confessione revelata, non ut homo scit, imo
DEO potius, qvam Clerico facta videtur confessio,
qvomodo ergo revelabit, qvæ nec scit, nec scire
debet? qvia tamen huic aliam simul junxit rationem,
qvæ ad silentium obligat Clericum, ejus sc.
promissionem expressè vel tacitè factam Confesso-
ri, liberabitur promittens promissario obligatio-
nem remittente, D. Stryck. in Disp. de Revel. Cred. c. 3.
n. 46. & seqq.

CAP. III.

De

Effectu testimonii Clericalis & Pœ-
na falsi testimonii.

SUMMARIA.

- (1) An omnes testes æqualem faciant fidem. (2) distin-
ctio Doctorum circa probationem. (3) Probatio plena
quid sit. (4) Minus plena qvæ. (5) Probatio quæ
non est plena an vocari possit probatio. (6) Si ambo
semiplene probaverint, qvomodo consulendum judici.
(7) Adducuntur Autores qui juramentum h. l. non

E 2

ad

admittantur. (8) Autores, qui approbant juramentum. (9) Nostra decisio. (10) Annon & persona testium attendenda. (11) Limitatio circa juramentum in casu semiplene probationis deferendum. (12) Quando plus quam semiplene probatum intelligatur. (13) Quid in matrimonialibus hoc in re obtineat. (14) An Clericus testis plus quam semiplene probet. (15) Impedimenta, quibus testium fides frangitur. (16) Quidnam Judici hoc in casu incumbat. (17) An semper verum, quod testi affirmanti plus credatur, quam neganti. (18) Quando negativa prævaleat. (19) An semper testes plures paucioribus præferantur. (20) An Seniores semper junioribus. (21) Quid de testibus singularibus sentiendum. (22) An illi probent. (23) Quid in Clericis. (24) Quenam poena falsi jure Civili obtineat. (25) Que hodie. (26) An etiam hec obtineat in causa falsi testimonii. (27) Ut & apud Clericos.

S. I.

Testem superius in Cap. I. definivimus, quod sit persona quæ ad fidem de re dubia judici faciendam vocatur & examinatur; Non omnes tamen testes æqualem de re dubia judici faciunt fidem, id quod fit principaliter vel ob defectum legitimū testimoniū numeri, vel ob defectum legitimæ qualitatis, quod ut melius pateat, paucis hic repetimus distinctionem Doctorum quando probationem distinguunt in plenam & minus plenam. Illa est quando legitimus adeat testimoniū numerus, eorumdemque qualitas legitima, seu plenè regulariter res probatur per duos testes omni exceptione majores: Hæc autem probatio scilicet minus plena oritur, si vel unus tantum adsit testis, vel duo quidem, sed qui ambo

ambo non omni exceptione majores sunt: Hoc
casu dicitur probatio semiplena major, illo casu,
aut unus ille testis est omni exceptione major, aut
non: ille inducit probationem semiplenam, hic
semiplena minorem Ekholt. ad Tit. ff. de Probat.
Carpzov. P. 2. C. 23. def. 4. & Tit. 12^a art. 2. n. 78. &
seqq. Dixeris: Probatio qvæ plena non est, non me- 5
retur nomen probationis, cum judici non faciat fi-
dem, hinc vulgatum illud: Unus testis nullus te-
stis: Sed respond: qvamvis judici plenam non
faciat fidem, qvæ minus plena audit probatio, suo ta-
men non caret effectu, ita semiplena probatio facit
in cibilibus locum juramento suppletorio, Carp-
zov. P. 1. C. 23. def. 3. qvod in casu, ubi semiplene
probatum, judex tenetur deferre, adeo, ut si hoc
prætermiserit, ab ejus sententia appellari possit.
Carpz. P. 1. C. 23. def. 1. Lauterb. ad Tit. ff. de jure-
jurando.

§. 2. Sed qvid faciendum Judici, si uterque 6
litigantium semiplene probaverit? hoc casu non
deferendum esse hoc juramentum vult Lauterb: 7
a. l. cum enim utriusque partis testes æque sint
idonei, possessoris testes præteruntur, cum promi-
ptiora sint jura ad absolvendum, qvam ad condem-
nandum, verba sunt, C. 3. §. f. X. de Probat. add. Vinn.
L. 1. qu. 44 Fran: ad Tit. ff. de jurejur. n. 133. ubi
hanc sententiam veram & communem, & in praxi
receptam asserit. Alii juramentum hoc casu Reo 8
deferunt. Menoch. A. J. Q. L. 2. C. 190 n. 19. nec vi-
detur ab hac sententia plane alienus Brunn: ad L. 31.
ff. dejurej. n. 3. Nos in hoc Doctorum dissensu con-
ciliationem desumimus ex supra allegato C. 3. X. de 9
Prob. distinguentes non tantum, utrum persona li-

tigantium altera legalior, an utraque legalis sit, ut
illo casu, legaliori deferatur juramentum, hoc vero,
reus absolvatur, non est enim in priori casu utringue
æqualis probatio, ubi præter æqvalem probationem
militat pro altera præsumptio ex majori legalitate
aut dignitate; In posteriori casu concedimus reum
esse absolvendum propter partes ejus in dubio fa-

10 vorabiliores. L. 125, ff. de R. J. Sed & personam te-
stium attendendam putamus, qvod si enim alter
altero legalior fuerit, cessat & sic dispositio, d. C. 3. §. f.
X. de Probat. hinc juramentum deferendum illi, qui
legaliore produxit testem, proinde etiamsi actor sit
qui Clericum produxerit testem, ad juramentum
ipse admittendus, testi enim Clerico magis creditur
quam Laico, Farinac: de Test. qu 65. n. 17. Gabriel.
de Test: b. L. I. Concl. 4. n. 40. Ubi enim uni ex paribus
probationibus, quantumcumque modicum acces-
rit, ipsa redditur potior & efficacior. Martin. Uran.
Lect. ad Cap. in Nostra, de Test. n. II.

11 §. 3. Qvod supra dictum est de juramento
in casu semiplenæ probationis deferendo, id limi-
tationem patitur in causis arduis & magnis, ubi
hoc juramentum locum non habet, nisi plus quam
semiplene probatum tuerit. Gail. L. I. Obf. 108. Brun-
nen. Proc. Civ. C. 23. n. 28. Vinn. Lib. I. qu. 41, in fin.
Carpz: P. I. C. 23, def. 10. quando autem plus quam
semiplene probatum intelligi debeat, de eo judec-
12 ex circumstantiis statuit, non tantum enim plus
quam semiplene probatum intelligitur, si præter
testem omni exceptione majorem adsit alias non
omni exceptione major, sed ex circumstantiis
qvorum hac de re statuendum, nam & insignis con-
jectura hic sufficit, Lauterb: ad tit. ff. de Jurejur.
Carpz.

Carpz. Tit. 12. art. 2. n. 67. Hinc in matrimoniali. 13
bus, qvæ causis comparantur arduis & magnis,
Gail: Lib. 2. Obs. 94. juramentum suppletorium. 14
defertur, si præter semiplenam probationem aliæ
concurrant pro affirmante conjecturæ, ut si hic fide
& integritate conspicuus sit, Gail. L. 2. Obs. 94. n. 13.
hinc qværitur, an plus qvam semiplene probasse
intelligatur, qui clericum pro se habet testem? qvod
affirmandum videbatur, qvia tantum credi debet
qvarior clericis, quantum sex Laicis, juxta Glost. in
C. Monachus. Difl. 77. & in §. præced. diximus, qvod
qvalitas Clericalis semiplenæ probationi aliquid
addat, nisi hoc verum qvis existimaverit in catu,
quo clerici & Laici concurrunt testes, secus, si
Clerici soli fuerint, arbitratus.

S. 4. Testium fidem infringere solet pro- 15
ductus, opponendo, qvod sint contrarii, contrarie-
tas enim omnium testium fidem tollit. Martin.
Comm. Forens. Tit. 20. §. 3. n. 220. redditur enim pro-
batio dubia, dum sciri nequit, qvis testium veri-
tatem dixerit. Farinac. qvi. 65. n. 2. add. Carpz. Tit.
3. art. 3. n. 62. sed sicut eadem non præsumitur,
Mev. ad Jus Lub. Lib. 5. Tit. 7. art. 14. n. 1. ita qvan-
tum fieri potest, ut in omni dispositione. L. 188. ff. de
Reg. Jur. Socin. L. 1. Conf. 159. n. 29. ita in testium
dictis per dextram interpretationem vitanda.
Klock. Vol. 1. Conf. 29. n. 141. & n. 194. seqq. ne pro-
batio omni destituatur effectu Carpz. a. l. Qvas. 16
nam autem judex ubi de concordia per dextram in-
terpretationem sollicitus est, attendere debeat cir-
cumstantias, ut prolixius exponamus, instituti non
permittit ratio, unam alteramve paucis subnecte-
mus, scil. si in testimonium producti testes invicem
con-

contrarii sint, nec verisimilitudine depositionis
contrarietas conciliari possit. L. 21. §. 3. ff. de Testib.
præferuntur (1) malculi fœminis Mynsing. Cent.
4. obs. 38. n. 3. Farinac. de Test. qu. 65. n. 180. (2)
Clerici Laicis, propter præcellentem illorum fidē
17 Brunnen. in Jur. Eccles. Lib. 3. C. 3. §. 14. nisi tamen
Clerici affirmarent, Laici vero negarent delictum,
ubi hi præteruntur, qvamvis enim alias plus cre-
datur testi affirmanti, qvam neganti. Brunnen. ad
L. 2. & 3. ff. de Testib. n. 1. ibique alleg. Gabriel. de
Testib. Concl. 4. etiamsi negantes sint numero ma-
iores. Beust. ad L. admonendi. 31. ff. de jur. jur. n. 468.
Malcard. de Prob. Vol. I. Concl. 70. n. 2. id tamen fal-
lit in delictis, & ubi de defensione reorum agitur,
ubi duobus super negativa deponentibus, plus cre-
ditur, qvam mille affirmantibus. Carpz. Prax. Crim.
qu. 33. n. 43. etiamsi affirmantes sint Clerici. Ma-
scard. Concl. 70. n. 3. Farinac. de Test. qu. 65. n. 155.
omnis enim interpretatio ita facienda, ut sit exclu-
siva delicti. Menoch. de Presumpt. L. 1. pref. 161. n.
16. Malcard. Concl. 496. qvod tunc imprimis pro-
cedit, si negativa non sit vaga, ut si duo Clerici di-
cerent Titium commisisse fornicationem cum ali-
qua certo qvodam & nominato die, Laici è contra-
rio id tactum esse negent, qvod toto illo die Titius
cum ipsi alio in loco fuerit, qvem calum proponit
Martin. Uran. in Lect. ad Cap. in nostras X. de Testib. n. 8.
§. 5. (3) Præferuntur testes plures pauci-
oribus. C. in nostra X. de Testib. ubi enim major est
numeris, ibi major præsumitur veritas. C. Ecclesia
vestra 57. X. de Elec. Mynsing. Cent. 4. Obs. 38. Carpz.
P. I. C. 16. D. 45. nisi pauciores honestiores sint & fide
dignio.

digniores, quam illi plures. Farijac. *quest. 65. n. 120.*
ideoque Clericos pauciores pluribus Laicis, cæte-
ra si paria, præferendos esse existimamus, non
enim tam multitudo, quam fides & authoritas testi-
um consideranda. *L. ob Carmen. 21. ff. de Testib. Carpz.*
P. 1. C. 16. D. 43. n. 5. & Tit. 13. art. 3. n. 68. (4) Præ-
feruntur Seniores junioribus. *L. fin. ff. de fid. in-*
strum. Myns. *Cent. 4. Obs. 38.* Brunnem. *ad L. 2. 20*
& 3. ff. de Testib. n. 4. si tamen juniores digniores
essent, v. g. Clerici, sic præferuntur. Farinac. *d. 1.*
qv. 65. n. 176.

§. 6. Apparet ex hactenus deductis effectus
testimonii Clericalis, sed non erit hic subsisten-
dum; ad aliam potius dilabimur exceptionem, 21
quæ testimoniū dictis opponi solet, nempe quod sint
singulares, quales dicuntur, qui diversum quid
ab aliorum dictis deponunt, & à contrariis diffe-
runt, quod non omnes singulares statim sint con-
trarii, vid. Dn. D. Caroc, Antecessor atq; Præceptor
meus, in Académia Patria singulariter fuscien-
dus, *in Diff. de Teste singulari. C. I. §. 3 & C. 2. §. 18.* singu-
laritatem dividunt in obstativam, adminiculativam
& diversificativam, quam alias subalternam vo-
cant, Farinac. *qv. 64. n. 4.* Nos, dum finem me-
ditamur, latius hæc exponere nolumus, add. Hahn.
ad Wesemb. Tit. de Test. n. 6. id tantum adjicimus,
quod testes singulares non probent, ita, ut mille te-
stes singulares minus probent quam unus, Wesenb.
ad Tit. ff. de Testib. n. 6. quod de obstativa intelligit
Hahn. *in not. ibid.* quamvis etiam hanc non no-
cere statuant, si testis singularis ejus sit conditionis,
integritatis, & probitatis, ut judicem ad indubita-

F

tam

- D
T
C. 3581
- 23 tam fidem adducere queat, Gail. L. 2. Obf. 66. n. II.
Mynsing. Cent. 3. Obf. 76. qvod ad Clericos applicare non dubitamus.
- 24 §. 7. Sed restat, ut paucissimis videamus de pœna falsi à Clerico dicti testimonii. Pœna falsi in genere jure Civili, fuit in liberis hominibus deportatio & confiscatio omnium bonorum, L. 1. §. ff. ad Legem Cornel. de falsis. Hodie facta est arbitria, Carpz. qu. 93. n. 19. Brunner. ad L. 22. C. ad Leg. Cornel. de falsi, in fin. quæ etiam in causa falsi testimonii obtinet, ubi poena ad mortem etiam extendi potest, si ex falso testimonio alii mortis imminent periculum. Nov. Leon. 77. Qvoad Clericos falsum dicentes testimonium in dicto casu Nov. Leon. 77. eadem non tantum videtur obtinere pœna, sed & in reliquis casibus certa videtur jure civili statuta in Auth. Presbyteri. C. de Episc. & Cler. scil. ut Presbyteri in causis pecuniariis à Divino Ministerio per tres annos separati monasteriis pro tormentis tradantur, in causa Criminali autem Clericatus honore nudati, legitimis pœnis afficiantur: Coeteri vero Clerici communi jure ab officio Ecclesiastico repulsi sine delectu causæ verberibus coercentur.
- 25 Ethæc sunt, quæ pro ingenii viribus de materia
hac ardua proponere placuit: Potuisse fateor latius hæc deducere, sed brevitati hac vice studere, dum tempori parco, volui: Nil proinde supereft, nisi ut
DEO T. O. Tq M. pro præstito mihi auxilio grates
persolvam maximas, eidemq; studia mea tam hic
loci, quam ubicunq; eadem pertractaturus sum,
commendem humillime, ipsi vero sit
Laus Honor & Gloria in sempiterna secula.
- (O)S

Rostock, Diss., 1704-05

ULB Halle
004 505 76X

3



5b,

f

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
1	2	3	4	5	6	7	8	9
Centimeters								
1	2	3	4	5	6	7	8	9
Inches								

PROPIPIO
ONEM JURI
CULAREM

STE
RICO

eines Predigers

ORUM ORDINE
VARNUM ACADEMIA
TIENTE

DE
tg. EXCELLENTISSIMO
IN O

TH. Müller
ROFESSORE INSTITU-
C. ORD. FAMIGERATIS-
ACULT. JUR. DECANO
ABILI,
DIORUM PROMOTORE,
PORE VENERANDO
171, 40. MDCCV.
O COMPAL ESTRITARUM
SUBMITTIT
Hyl/ Gryph. Pom.
GIG. SER. PRINC. & ACAD. T.

14
11
1705, 2 a
161